

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA	IN ANGLIA	IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.	IN GERMANIA	IN CANADA
Apud GEBETHNER ET WOLF	Apud "KRONIKA RODZINNA"	Apud BURNS AND OATES	Apud FRIDERICUM PUSTET	Apud LIBRAIRIE GEANGER FRÈRES
VARSAVIAE POLONORUM Rakowskie Przedmiescie, 15.	VARSAVIAE POLONORUM Krakowskie Przedmiescie, 6	LONDON W. 28, Orchard Street.	S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ. NEW YORK 52, Barclay Street. 436, Main Street.	RATISBONAE in BAVARIA MONTREAL 1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

« VOX URBIS » AD PEDES LEONIS PP. XIII.	A. Leonori.
SOCIIS ATQUE LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS	v. u.
DE HISTORIA ET GEOGRAPHIA IN SCHOLA TRADENDIS	H.D.V. Pieralice.
DE ALBIO TIBULLO	G. P.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS. De gemmarum sculptura	L. Demontiosius.
NILIA CI LACUS PRO AEGYPTO	D. Lascaris.
PRAETER NILI FLUMINSUNDAS	Laelius.
DE « DISCIPLINA ARCANI » ANIMADVERSIONES CRITICAE	S. Figielksi.
STELLAE VAGANTES EX OPINIONE VULGI	Hersilius.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAFT. GIRAUD LATINE REDDITAE	Fr. Xav. Reuss.
DE TELEGRAPHO ABSQUE FILIS NUPERRIMA	M. Lani.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI	Subalpinus.
ANNALES	Poplicola.
AENIGMATA	Fr. Palata.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
EPISTOLARUM COMMERCIMUM	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCLIII

* SOCIETAS LATIALIS EDITRIX — Romae, Corso Umberto I, 219. *

LA LEGGE

MONITORE GIUDIZIARIO E AMMINISTRATIVO

An. XLIII

Commentario huic, de rebus forensibus deque rei publicae administratione monenti, grandis quidem mutatio hoc anno MDCCCCIII allata est. Non solum enim annuae subnotationis pretium, quod libell. 36 hactenus fuit, ad libell. 24 minutum est (extra Italianam lib. 30); sed longe auctus commentarius dabitur sociis, qui bis in mense fasciculum accipient paginis LII, iisque magnis ac bifariam divisis, constantem. Exeunte autem anno, universi iuris supellectili (vulgo repertorio), ex Italorum commentariis forensibus omnibus deprompta, donabuntur.

In commentarium **LA LEGGE** redigendum plus triginta viri inter clarissimos iuris peritos incumbunt, ita ut omnium huius generis absolutissimus sis existat, temque qui minimo pretio veneat.

FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

Società Editrice Laziale
ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

MINERVA

RIVISTA DELLE RIVISTE

An. XIII

MINERVA ex probatissimis totius orbis commentariis excerptis atque in epitomen cogit summi momenti scripta, quae de doctrinis, de ratione civili, de religione, litteris, bonisque artibus omnibus vulgentur. Singulis dominicis diebus XXIV magnis paginis prodit, praeter operculum, quod pag. VIII constat.

Praemia lectissima sociis conferuntur.

*Pretium annuae subnotationis est
libell. 10; extra Italianam libell. 12,50.*

FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

Società Editrice Laziale
ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

Subnotatio binos commentarios complectens **LA LEGGE & MINERVA**
libell. 31, loco libell. 34, datur.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii **Vox Urbis** administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia
Lib. 15,

A BHINC an
Leo XII.
mum videre e
Haec redibant
Februarias, Va
ticulari admis
Vocis Urbis
ipse offerrem.
Nondum dies
rant; nondum
transtulerat; e
bam, in aedibu
blias Ecclesia
tum morabat
turbato nec va
vissem tum ins
Summus Pontif
alte in pectus
unde non semel
ram.

At cum aula
mens et turbatu
repsit, quem nu
tus; nescio enim
ut ita dicam, m
persensi, atque
nem et religion
splendorem vid

Comitem hab
lissimo genere
mente, magnopre
se impulsu ex
admovi, benedic
supplex oravi,
Ecclesia novum
suit tum Pontific
Iuvenis, italicae
deinde a me ad
taveram. Ecce a
Londinenses litt

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETIIUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

“VOX URBIS,” AD PEDES LEONIS PP. XIII.

ABHINC annos viginti quinque, vix cum Leo XIII Petri solium ascendit, eum primum videre et alloqui est mihi sorte datum. Haec redibant in mentem cum, nono kalendas Februarias, Vaticani viam iniveram, ut, ex particulari admissione, tributum obsequii nostri, *Vocis Urbis* fasciculum huius anni primum, ipse offerrem. Redibant haec in mentem... Nondum dies eius ab electione decem effluxerant; nondum Ille se in pontificium domicilium transtulerat; cum pauco comitatu, eum manebam, in aedibus Purpurati Patris, qui res publicas Ecclesiae gerit, ubi Leo Pontifex etiam tum morabatur. Manebam, fateor, animo neque turbato nec valde rei sollicito, cum diu adsuevissem tum insigni spectaculo et pompis, quibus Summus Pontifex circumdatur, tum colloquuis alte in pectus descendantibus Pii IX sa. me., unde non semel aegri animi solatia reportaveraam.

At cum aulam Leo ingressus est, ecce tremens et turbatus genua flexi, isque timor irrepit, quem nunquam antea fuisse suspicatus; nescio enim quo animi motu vehementius, ut ita dicam, me coram Christi Vicario adesse persensi, atque eo auctam in animo veneracionem et religionem, quo imminutum circum rei splendorem viderem.

Comitem habebam iuvenem Anglum, nobilissimo genere ortum, qui etsi incerta adhuc mente, magnopere tamen erga Catholicam Fidem se impulsu experiebatur. Ad Leonem illum admoxi, benedictionemque peculiarem pro illo supplex oravi, ut ante Paschatis ferias Petri Ecclesia novum hunc filium numeraret. Imposuit tum Pontifex graciles manus et benedixit. Iuvenis, italicae linguae ignarus, haud libenter deinde a me accepit, quae Pontificem efflagitaveram. Ecce autem sacra hebdomada ineunte Londinenses litterae ad me adveniunt nuncian-

tes Supremi Pastoris vota haud in vanum cesseris.

Haec itaque mente repetens, adii nunc iterum Leonem; quem, post quinque et viginti annorum curriculum inter summi regni curas expletum, valetudine mira, miroque robore florescere extrema quamquam in senectute animadvertis.

Nobilibus aulicis et custodibus corporis circunseptus media in aula erat, quam a *pictis textilibus* nuncupant. Admissionum magister me coram Ipso producit, qui venerabundus accedens, ad pedes clarissimi senis proolutus, Commentarii nostri fasciculum serica custodia, aureis distincta signis, oclusum offero. Arripit ille benigne manum mihi cum suisque iungit, dum sibi perquam acceptum donum fatetur et obsequium iucundissimum; petit paterna cura de Commentarii vita, deque eius auspiciis sibi carissimis; docet festive, quo studio feratur in maiorum linguam; Ipsum primum singulos *Vocis Urbis* numeros perlegere; pluraque humilitate summa addit, quae quanto gaudio mihi fuerint haud facile dixerim.

Tandem Pontificis benedicentis omnium memor, benedictionem et Commentario et nostris inceptis, et scriptoribus, et sociis omnibus exquisivi. Is libenter assentiens, paterno animo, iterum iterumque gratulatus, amplissimam dedit.

Haec igitur Pontificis benedicentis vota Vobis, quotquot benigne per orbem nobiscum ad laboratis mihi favetis, gestiens hodie nuncio, et per *Vocem Urbis* ad dissitas ubique terrarum oras mitto. Cuius faustos adprecior pacis et bonarum rerum fructus tum singulis Vobis, tum gentibus vestris et civitatibus; omniaque in Commentarii nostri bonum maxime arbitror cessura, cui omnes praesidio adestis.

ARISTIDES LEONORI
Commentarii *Vox Urbis*
possessor et administrator.

SOCIIS ATQUE LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS.

In superiore scripto, fervido, qui par erat, sermone ab ipso Aristide Leonori, Commentarii nostri possessore et administratore, Leonis XIII in *Vocem Urbis* humanissimos sensus accepistis. Quamvis honorabilius unquam laboribus nostris petere testimonium nequiverimus, liceat nunc studium etiam in nos atque consensum sociorum latissimum, stellarum modo solem coronantium, affirmare. Quotidie enim bonorum omnium, gratulationis, incitamenti litteras accepimus tum ob propositi nostri summam, tum praesertim ob peculiares numeros institutos, quorum specimen circa Leonem XIII edidimus.

Quibus rebus animo erecti ad novum huiusmodi numerum intendimus, et proxime vulgaribus, memoriae ANGELI SECCHII dicatum, celeberrimi illius caeli siderumque spectatoris, cuius obitus XXV anniversarium sapientes astronomiae disciplinae ubique concelebrabunt.

Hunc etiam fasciculum, — qui iisdem conditionibus ac superior venum ibit —, pergratim sociis nostris fore confidimus, atque ita sibi probatum, ut non verbis tantum, sed re gratiam suam ultro nobis ostendant.

v. u.

DE HISTORIA ET GEOGRAPHIA IN SCHOLA TRADENDIS (1).

QUONIAM eadem lex, temperans oculos circa corporearum cognitionem rerum, regit intellectum, videntem quae longe sunt ab omni concretione corporea, eaque scrutantem, iure meritoque in illud Ciceronis redimus, quo praecipitur idem iter sequendum quoties paria inter se sint, ac saltem similia quae vestigamus. « Naturam optimam ducem sequamur ». Quemadmodum igitur ubi ad aedificium quoddam mirabile accedimus contemplaturi, primum a longe praecipuas summasque lineas, formamque integrum oculis accipimus, postea, propiores facti, singulas partes discernimus, distributionemque externam intuemur, denique introgressi scalarum commodos ascensus, aularum amplitudinem, solidam parietum vim, cubiculorum ordinem et quidquid est optimum a cavae ad fastigia, a fenestris ad contignationem, ab atrio ad penetralia percipimus; sic in iis, quae intellectui proponimus videnda, primum noscere debemus quid sint, quidque ferant, quibus a reliquis distinguantur, et per summa capita scire quid, ut cum philosophis loquar, ab essentia habeant propria; postea quasi appropinquantes

(1) Cfr. num sup.

discernere ea, quibus praesertim emicent et emineant; denique, quasi ad intima addueti, singula vel minima notabimus, prout illi fecere qui, palatii scrutantes conclavia, picturas, simulae, aera, marmora, anaglypta contemplabantur.

Ridiculas proinde rationum pugnas prorsus abiiciemus; probe namque seitis, lectores, esse quoddam genus intraetabile magistrorum in duas quasi aeries divisum; hi omnia per analysim faciendum, docendum, discendum; illi omnia per synthesis putant. Quod ille a synthetica ratione recedat? Fractus prius illabatur orbis!... Quod hie ab analythia? Prius ima dehiseat terra, quam foedera iurata methodo frangantur!... Ego vero omnia puneta relatum existimo, qui opportune rationem, seu methodum, cum methodo misuerit, dederitque proelive iter, et straverit utriusque commune.

Qua in re (de historia loquor) mirabiles ego tuli fructus, proposita summa et mole integra discendarum annis singulis rerum, quoties ita proposui, ut quaedam magna divisio esset, per loca, per tempora; quod quidem difficile prorsus intelligenti non erit. Sic brevibus moles integra rerum ab alpha ad omega, ab exordio ad exitum erat. Tum divisionis quaeque pars per summa capita petebatur; hinc uberior notitia. Post haec tertio redibam, ac tune denique singula quamvis minima apparebant. Itaque fiebat ut integer ordo, complexusque rerum toties manibus, ore, mente versatus, non mandatus memoriae, sed insculptus, infixus clavis aeoneis, altiusque adhaerens ossibus et medullis videretur, nunquam animo deponendus. Exemplum afferam; longum quippe iter per praecincta, breve per exempla gradientibus in disciplinas. Primo gymnasii anno apud Italos Romana historia traditur ab exordio Romanarum rerum ad occasum usque Occidentalis per Erulum Odoacrem Imperii. Quae ante Romuleam Romanam illuc sunt in libris, confusa nimis et incerta praebentur. Aliiquid magis exploratum et solidum a Romulo ad Christi ortum primo habemus, et hoc porrigitur per quinquaginta tres ac septingentos annos. Habet igitur periodum triplicem annorum 251. Prima periodus tota in regibus est, ad annum fere, quo Tarquinius ille Superbus abdicata regni recuperandi spe, immo a spe omni deiectus, denique abscessit. Altera par annis aetas ad Punicum bellum primum absolutum porrigitur. Tertia ad Augusti imperium pacato orbe terrarum, hostibusque Romani nominis omnibus terra marique feliciter superatis. Prima igitur aetate Roma se in Latio extulit, atque constituit, et, cum finitimus luctata, vires suas exercuit atque probavit. Aetate insequenti Populus Romanus, latinis viribus auctus, in Italianam omnem vietrices manus longe lateque porrexit (adeo difficile fuerat post Hetruseorum dominium dare Italiae caput, barbarieis invasionibus in frustula absissae!), atque hie locum habent illae urbis discordiae inter patricios et plebem, et Gallorum impetus, et decemviri, et Camillus, et Fabricius, et Decius, et Cincinnatus. Princepem populum et late regem Poenus, sibi fidens nimis, irritavit; ac tune qui sua contentus Italia fortassis resedisset in pace, a propriis agris eductus est in mari, ut quod in terris habebat, idem in mari exereceret imperium.

Tertia igitur aetate haec immania fuere bella, quibus, diruta Carthagine, Africa subacta est, subversa Numantia, Hispania in potestatem Populi Romani redigitur; mox Graecia, Asia, Aegyptus, denique Gallia omnis et Germaniae non exigua pars Romanum novere imperium. Iamque hie illa nomina Scipionum fatalia, Hannibal, Paulus Aemilius, Lucullus, Pompeius, Sylla, Marius, Caesar, Spartacus, Iugurtha, Sertorius, Cato, Brutus, Caesar, Octavianus Augustus, Agrippa succedunt.

Iamque nascitur Christus, et Augustorum omnium imperium septuaginta et sex, et quadragesimus annis concluditur. Atque aetatem hanc paribus divisam numeris (annis scilicet duodequadraginta ac duecentis singul.) dant fata quadam arcana; primis nimur Romana vis erexit; alteris, suis rescissa discordiis et ambitione civium, et vitiis in praeeceps abire; et maturasset ante diem ad exitum, nisi Constantinus, Theodosius fatigentem refinuerint.

Hae utens ratione ter in eadem iam nota redimus; at quoties redimus, aliud novum semper addimus, semper apponimus notis: quo fit ut singula clara suo loco sint, et nota iam altius animis infigantur, et curiosi puerorum animi cupiditate novitatis, et deliciis varietatis allegeti, retenti, fastidium omne reiiciant, alacres promptos paratosque semper se exhibeant.

Neque aliter in geographia praecceptor se geret, qui copiosa messe ditari et ditare cupiat. Caput autem hie et ratio longe faciliori itinere graditur. Nam primo integræ partis (Europæ, puta) limites trado, et depictam chartis indicans, ambitum rei quodammodo circumseribo; postea orographiam, scilicet montium dispositionem et ordinem ostendo. Pronus ex constitutione horum in hydrographiam descensus, nam ordini montium ordo fluminum famulatur. Ethnographiam habes in manibus; populi enim et gentes, nisi iniuria finitima intercesserit, limites habent suos iuxta maria, flumina, laeus, montes. Ergo civitatum nomina, ergo urbium, ergo insigniora reliquis oppida; et

qui variare cupit rem prodigaliter unam

non medioere discipulis delectamentum afferet suis, si, in ea locorum, urbium, fluminum incidentis nomina, quae vel patrato ibi facinore memorabili claruerunt, vel aliqua calamitate, seu dehiscientibus terris, seu cladibus pugnisque atrocioribus (haec enim puerorum mentes mirabiliter percussunt), misere historica geographie interdum, at quasi miscere nesciret, ea opportune notabit. Eequid autem si quasdam adinvenerit lineas, quibus facile sit pueris summam pingendae figuræ habere præ manibus? Pictores habebit multos, talesque ipse faciet volentes. Experto credite. Siquis enim ex occiduo litore Thyles insulae (nunc Islandiam dicimus) rectam lineam in occidentale pariter Cretæ litus deduxerit, si alteram a capite, seu promontorio, quod S. Vincentii dicitur, in Hyperboreos montes ubi primo, antequam ad Caspium perveniant, dividuntur, omnes pene Europæ regiones habebit, civitates habebit. Quid si hanc sex in partes dividet? Quid si in plures Islandia-Cretensem? Quid si angulos ubi intersecantur notabit? Profeeto dabit pueris elementa, quibus, amissi tantummodo, ex hi-

see duabus lineis Europam probe exprimant, fluvios, gentes, urbes, peninsulas, insulas.

Haec summatim narrare quasi nostra libando summis labiis, censuimus, quibus integer prospectus rerum quovis anno discendarum tribus, aut quatuor absolvitur feliciter mensibus.

Quid praecceptoribus dicam? Illud Tharsensis philosophi: « Nolite omni spiritui credere, sed probate ». Res tota enim in experientia est.

H. DE VECCHI PIERALICE.

DE ALBIO TIBULLO.

Quisquis latinas litteras vel summis labiis libaverit, Tibullum poetam agnoscat necesse est; talis enim hic inter vates, qui olim Latium floruerunt, habetur, ut sint plures qui hunc praestare ceteris iudicent, nonnulli qui summis aequum existiment, nemo qui magni faciendum esse non putet. Et quae de vate hoc diversa iudicia fuere apud præses, non minus diversa sunt inter præsentes; nunc autem additur, ut non modo de vate iudicium facere se posse nostri sperent, haud aliter ac si semetipsos et posteros, qui olim de huiusmodi sententiam tulerunt, mentiendi studio deepissent, sed etiam de viro sibi auctoritas sit iudicandi. Id autem bellissime fit, ut hodiernis usibus, cultu, moribus illi condemnantur vel absolvantur, qui longe aliis in usibus, cultu, moribusque vixerunt. At a quibus hi condemnantur, vel absolvuntur? Nempe ab iis qui profecto illud ignorant gravissimum: « Distingue tempora et concordabis iura! ». Sunt enim quamplura, quae, intimo sensu monente et ratione dictante, apud omnes digna laude, sive, contra, digna vituperio semper et videntur, et visa sunt; sunt autem ex hisce ipsis non pauca numeratu nec exigua aestimatu, quae inversi mores, inducta supersticio, necessitas aliqua, consuetudo ab unguiculis, ut aiunt, oculis obversata, vel a præse deiecerunt honore, vel a vituperio extulerunt, in quo iacebant. Itaque Romano more præse Brutus laudatur et Cassius, qui « in abolitione sanetissimarum piissimarumque animarum, iudicio suo, scelere alieno usi sunt »; hodierno nemo laudaretur si faceret.

Hisce igitur positis de Albio Tibullo loquamur.

Romæ equestri genere natus, Hirtio, ut fertur, et Pansa consulibus eo tempore vixit, quo Caesar, Cicero, Vergilius, Horatius, Ovidius magna optimarum litterarum laude claruerunt. Procul dubio hoc; neque tamen procul dubio minus est eos tune vigere mores, quos partae divitiae opesque immensae corruerint. Atqui et opes et divitias non mediocres fuisse sibi testatur Tibullus; postea defecisse non deflet, dicens:

*Tunc ritula innumeros lustrabat caesa iuvencos,
Nunc agna exigui est hostia parva soli.*

Undenam haec fortunæ mutatio? Vix coniectare licet; nam nihil in eum tulisse motus civilium temporum scimus, et quae deproeliantes Pompeius et Caesar, Brutus et Augustus in publicas privatasque fortunas multorum ma-

robe exprimant,
las, insulas.
si nostra libando
bus integer pro-
endarum tribus,
mensibus.
Illi Tharsen-
spiritu credere,
experiencia est.
II PIERALICE.

ULLO.

summis labiis
m agnoscet ne-
vates, qui olim
sint plures qui
t, nonnulli qui
emo qui magni
uae de vate hoc
eos, non minus
nunc autem ad-
suum facere se
r ac si semeti-
huiusmodi sen-
lio decepissent,
s sit iudicandi.
diernis usibus,
tur vel absolu-
s, cultu, mori-
condemnantur,
s qui profecto
Distingue tem-
at enim quam-
ente et ratione
e, sive, contra,
lentur, et visa
non pauca nu-
quae inversi
cessitas aliquia,
nt, oculis ob-
honore, vel a
eebant. Itaque
datur et Cas-
marum piissi-
scelere alieno
laretur si fa-

Tibullo lo-

Hirtio, ut fer-
ore vixit, quo
tius, Ovidius
de claruerunt.
procul dubio
quos partae di-
rint. Atqui et
fuisse sibi te-
non deflet, di-

esa iuvencos,
ra soli.

? Vix conie-
tulisse motus
quae deproe-
s et Augustus
multorum ma-

lescio induxerunt, Tibullum non contigisse pro certo est. Super itaque est ut illa segnitia, quae Epicureum decebat, bona potius non eu-rasse et abiecisse dicamus, praesertim cum amo-ribus illaqueatus, in quos eum iuventus agebant et indoles, in hos potius, quam in rem familiarem bene administrandam incumberet. Nonne enim et hoc legis in disticho:

*Non ego laudari cupio, mea Delia, tecum,
Dummodo sim, queso, segnis, iuersque vocer?*

Idque ita sibi suaserat et statuerat uti faciendum optime et optime factum, ut candide fateatur:

*Non ego divitias patrum, fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita messis aro.*

Hinc Tibullus noster « nescius componere opes, nescius et parcere partis, contentus vivere parvo », quidquid avaritiae erat, seu videri poterat, amandabat in pestem:

*Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera multa soli.*

Haec autem ita menti animoque Tibulli inserunt, ut ipso in carmine, ubi dicit Messalae duci carissimo, quem tamen non sponte sequetur in bella missum:

*Te bellare decet terra, Messala, marique,
Ut domus hostiles praef'erat exurias,*

versus prohibere non possit, quominus in eumdem stultitiae notam impingant:

*Ferreus ille fuit, qui.....
Maluerit praedas stultus, et arma sequi.*

Hac data Tibulli indole, suarum rerum ine-
riosa, et nihil praeter amoris deliciolas sibi
quaerente ac tuente, nil mirum si agros pae-
ube, si vineta, novalia, pecudes pae honoribus
adamarit. Illic libertas, tranquillitas, quies; illic
nemo insidiari amantibus, nemo avellere; illic
demum spes quiescendi supremum, aeternum,
neque aliud sibi sperare posse, nisi ut coram
Delia.... Sed audiamus ipsum omnia sua re-
itantem:

*Te spectem supra milii cum reverit hora,
Te moriens teneam deficiente manu.
Flebis, et arsurum pones me, Delia, lecto,
Tristibus et lacrymis oscula mixta dabis.*

Ut quid haec sollicitudo nulla de Inferis?
Nulla de Superis, nulla – atque id Romano nefas! – de publicis rebus? Clarius dicam. Deos non philosophia, non auctoritas, sed ipsa sentiendi nobilitas et dignitas animae humanae e caelo deiecerant, et eos – idola tantum, et simulacra sine spiritu! – in templis eorum quasi in totidem carceribus coercuerant, quos nemo vi-
cinos, nemo hospites, nemo amicos sibi vellet, quia nec res, nec liberos, neque coniugem ab eorum rapacia, petulantia, libidine posset tueri. « Populares Deos esse multos, naturalem autem unum », non unus Cicero dixerat; sed quis quaereret, tot inter Deos, verum? Improbis la-
bor, a quo Romanus dives, « Epicuri de grege porcus », abhorrebat. Hinc inertia quaedam, quae, hodierno contenta die, non curabat cra-
stinum, nec futura:

*Tu ne quaesieris (scire nefas!) quem mihi, quem tibi
Finem Di dederint
Carpe diem!*

Haec tunc erat sapientia! Horatio eradas. Nec alia ab Horatiana erat sapientia Tibulli!

Dicet aliquis: Quid? interdum, fortassis et saepe Deorum nomina numenque recurrunt, in Tibullo praesertim, et, suavissimi, Lares. Credo: hoc enim unum in Romana societate supererat; cultus domus, cultus familiae. Ubi aemulationibus, persecutionibus, odiis in Christianos, hic unus cultus scindetur, peribit, scindetur et peribit imperium! Potiores animae, electae mentes haec praesentiebant, praesciebant; una ex hisce Tibullus. Libertate sublata, quam recuperare reipublicae impossibile erat, – eo enim omnia deciderant ut nec mala, nec remedia tolerari possent, – taedium quoddam vitae serpebat in animis; dulce erat mori ante diem; et quoniam aeterna iustitia non apparabat in parricidas animadvertis, fastidium increscens quotidie urgebat, instabat. Atque hac de causa Tibullum in agris Pedanis, apud Praeneste, educatum, urbis fastidiosum invenimus, et ruris, camporumque memorem, Lares diligentem, Laribus obsequenter. Non quia Laribus crederet, sed quia in illo reviviscit Horatii desiderium:

*O rus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc, somno et inertibus horis,
Ducere sollicitae iucunda oblivia vitae?*

Amabimus tamen poetam, cuius plurima perierunt, quibus librorum numero par esset Ovidio, cui profecto est elegantia par, suaviloquio, et ceteris Musarum blanditiis certe non impar. Siqua in eo fuerunt, quae nunc morum non probat austeritas, aetati, qua vixit, tribuenda potius, quam nequitiae reor. Minor Horatio si philosophus fuit, hoc illi adscribas laudi, non vitio vertas. Ille maximis placiturus scribebat, iste quo cordis impetu ferebatur abibat. Purus autem et elegans solemne illud et moestum habet in versibus, quo Vergilio suavitate comparari possit.

G. P.

SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.⁽¹⁾

De gemmarum sculptura.

GEMMIS imagines caelantur aut scalpuntur. Caelatae dicuntur si e plana superficie opus emineat, scalptae contra si opus refugiat: cuius tamen forma excipi possit cera, vel alia facili materia. Utroque genere veteres incla-
ruisse vel quae adhuc supersunt eorum opera testantur. Ex gemmis, achates maxime semper opportuna est caelatura propter colorum varietatem, qui arte naturam informante incurvant plerisque locis, tam apposite quo trahit eos ingenium artificis, ut asciti potius quam innati videantur, natura etiam ipsa in his colorum varietatibus disseminandas, ita interdum ludente,

⁽¹⁾ Ex opere, cui titulus: Lepovici DEMONTIOSII *Gallus Romae hospes, ubi multa antiquorum monumenta explicantur, pars pristinæ formæ restituuntur* — Opus in quinque partes tributum. — Romae apud Ioan. Osmarinum, MDLXXXV (pars. III, pag. 16).

Venit Demontiosius hic peregrinus in Urbem, et facili stilo quae vidit descripsit, multaque eruditio sua thesauro animadversiones ita ditavit, ut eius liber, nunc rarissimus factus, iucundus pariter ac magni momenti habeatur. Ut hoc scriptum depromerem quaequenti mihi ultra oblatus est a cl. vir Antonino Marini, solerti ac distissimo romanarum rerum collectore, cui gratias publice rependo. — *Forfex.*

ut picturam vicissim aemulari videatur: ut in gemma illa Pyrrhi, in qua novem musae et Apollo eitharam tenens spectabantur, non arte, sed sponte ita discurrentibus maculis, ut musis quoque singulis sua redderentur insignia. Sunt etiam interdum in achatæ variae zonae transitu colorum mirabiles; ex quibus aliae, atque aliae superficies caelatae dant varios colores. Gemmis scalptis annulo inclusis veteres signabant, ut Augustus Sphyngi. Postea imagine Alexandri Magni, Augusti vero imagine principes post eum signarunt, Mecaenas rana, Sylla Iugurthæ traditione, Pompeius triumphis. Magi vero scalpturas quasdam reconditionis, ut aiunt, sapientiae ostentant. Alii vero ad oblectationem tantum huiusmodi gemmas in daictothece etiam nunc asservant. Adamas suis opibus tantum commendari voluit; non arte, non figura ulli ascititia, hac quoque parte indomitus hodie talis futurus, nisi artificium solertia in adamantem ipsum adamantem exacuisset; quo invento indomita illa naturae vis, ferri et ignis contemptrix, suis viribus excisa est. Itaque artificium manibus tandem parere didieit, adeo nihil labor improbus pervingere non potest. Olim innotuerat alio adamante perforari posse: hoc levi vulnere cognitum est posse etiam domari.

Omnium qui olim caelarunt scalpsuntur probatissimus habitus est Pyrgoteles, Alexandri Magni iudicio, qui vetuit ab alio se in gemma scalpi quam a Pyrgotele: quo praeiudicio primam laudem apud posteros omnium suffragiis adeptus est. Proximi a Pyrgotele fuere Apollonides et Cromius. Vidimus amethystum unciali magnitudine, Apollonidis manu scalptam: in ea effigiem Diana, opus adeo partibus omnibus absolutum, ut nihil supra. Artificeis nomen adscriptum est tam exilibus litteris, ut fere visum effugiant. Est ea gemma Horatii Tigrini, insignis et ingenio et animi candore viri. Famam etiam habuit Diosecorides, qui Divi Augusti imaginem expressit, qua postea principes signabant... Postea coepit ars in peius ruere, nec quisquam exinde repertus est qui priscos illos aemulatus sit.

L. DEMONTIOSIUS.

NILIACI LACUS PRO AEGYPTO.

EA Nilo conditio est, ut bis quotannis, certis mensibus, super ripas effusus ob imbre, qui in montibus Aethiopum et circa decidunt, limo pingui et aqua ubere campos adiacentes operiat. A quibus, certos etiam post dies, ubi recesserit, agros ita frumentis suscipiendis idoneos linquit, ut exiguo negotio, – vix enim sarculo signantur levibus, et sementem admittant, et admissam alant, et altam proferant falcibus metendam, spicis abundantibus divitem. Nec alia e caelo pluvia, tota tempestate, est, nec modus alius est irrorandi sitientem planitiem, tot mensibus aresentem, et vehementiore sole paene combustam. Itaque tanta Aegyptus est, quantus est Nilus, qui si deesset fluvius, deserta penitus brevi loca omnia viderentur; ac tanta Aegypti fertilitas, quanta Niliacae aluvionis est abundantia.

Itaque minime mirandum est, si prisci Aegyptiorum reges, quos Pharaones cognomento

appellamus, omnes et studia sua et opes ad hoc maxime adverterint, ut, exstruetis aggeribus, lacubus excavatis, fossis, foveis, canalibus opportune deduetis, Niliaeis aquis, quot maxime possent, loca, arva obvia fuerint; diluvia vero et inundationes eius ita temperare et moderari tentaverint, ut quae maxima possent beneficia praebenter agricolis, maleficia vero, incommoda, damna, pericula prorsus averterentur.

Neque alieni ab haec aquarum disciplina fuere Pelasgi nostri, seu Thyrreni, placeat quomodo etiamque appellare; pronti neque alii fuerunt Indi, neque ali fuere Sinenses; hoc autem animadvertiscendum censeo, illas gentes, quae praeter cultu et humanitate floruerunt ab inde, easdem fuisse, quae agriculturae studio, et praesertim irrigandorum agrorum industria eminuerint. Delicatulosne puduit nepotes habuisse et no-

dentia servarunt, servatam amplificaverunt, amplificatam non minus quam victoriis et triumphis, abstinentia mirabili, modestia, humanitate, denique virtutibus omnibus celeberrimam in gentibus et clarissimam constituerunt.

Quorsum haec? Ne, quae scripturus sum, videantur absurdia.


Atque illud in primis est, quod ad antiqua revertimur, et maiorum, veterumrumque hominum vestigia relegimus, qui ad nauem usque omnia nova quaerenda, vetera omnia abolenda praedicamus. Habet sua bona antiquitas, habet quae experientia compererat, usum vindicaverat, atque ritu sequenda probaverat. Curnam haec omnia temere aboluerunt superbi nepotes? Nempe ut excellentiores proavis, et sapientiores atavis viderentur. Pape! Atque ita factum est, ut, quae rerum omnium, opumque

tur, qui superabundantia diluvia contineant; ubi opus fuerit, et ariditas poseat, aquas necessarias canalibus irriguis communicent; ita ad fontes constituantur, ut iis aquatio fiat agris, quos nunquam Nilus posset madefacere, novaque soli iugera culturae et fertilitati concedantur. Hinc et aggeres et lacus maximi tres constituti, quorum singulorum amplitudo ipso Pharaonico Meri sit maior; primus apud Assuan, cuius primus lapis anno MDCCCLXXXIX a Duee Connaught positus est; alter ad Assiut; tertius post Cairum, sive Babylonem Aegyptiam. Unde operariorum millia confeerunt opus, in quo libellarum MD centena millia circiter impensa sunt. Centum et octoginta dispositae portae per aggerem, in quas Nilus influit, quovis momento minori aquarum deponens pondus immane absque limo. Diluvio detumescente, eoque debilitato maiores portae clauduntur; inde minores, et ita aquarum satis superque agriculturae servatur, quo campi Maio et Iulio mense fruentur. Hisce industriis tot iam rigantur campi, quot apud nos Italos emerent 250,000,000 libellae.

At si quando alluviones deessent? Cautum est aggere, qui ducentis et quinquaginta chilometris protrahetur, qui et aquae tantam copiam cohiberet, quanta necessaria esset diluvio integro simulando. Agger autem in fundamentis quatuor et viginti metr. patet, viginti et octo metris eminent, septem patet metris in apice. Quantum aquarum illie volumen putas hoc aggere cohiberi? Metra cubica 1,165,000,000.

Hac enormi aquarum vi ita cohibita, ut ea homo uti possit ad sexenta commovenda officia, electrica maxime, quibus potentia faciendi omnem exciperet captum, ecquid erit de Aegypto? Gravis interrogatio, cui minime facilis est responsio, si omnia, quae futura esse inde possunt, aequa mente considerentur. Quisque sibi responsionis sit auctor; at primum videat quantum ipse aer immutetur et salubrior fiat ingenti hoc mari constituto, media in Aegypto.

D. LASCARIS.



Scaphae dahabeeah per Nilum flumen.

minasse atavos, qui agricolae essent, manusque obduravissent ligone, rastris, aratro? Aut hi posteri postea tales sunt facti et effeminati, et molli divitiis, maiorum suorum tot sudoribus et laboribus comparatis, ut impares essent agendis, nec aliud quaererent nisi otia et voluptates? Utrumque existumo: qui enim Syllae, Marii, Cinnae, Pompei, Caesares et Spartaci extiterunt, hi non adolescentiam suam, non maturos annos ruribus in suis, in suis agellis agebant, sed in urbe inter aurum et vina et convivia otiosam vitam agitabant; obstrepentibus circa eitharoedis et saltatricibus, uidi, obruti luxuria, producentes noctem ad ortum solis; atque hi fuerint qui vel non medioeriter labefactavere rempublicam, vel adversus omne ius fasque labefactatam penitus oppresserunt et sustulerunt, rempublicam illam, inquam, quam Cincinnati, Camilli, Fabricii, agricolae hi omnes, assueti a pueritia sareculis, segetibus, arvis semper, periclitantem virtute bellica et civili pru-

omnium dives habebatur Aegyptus, armis, pecuniis, armentis, classibus, exercitibus terra marique formidabilis, sapientia celeberrima, nec monumentis, nec templis, nec artibus, nec frequentia populi ornata minus quam armata, opes, una et robur omne perdiderit, dignitatem amisit, cladibus, infortuniis, pesti famique potuerit.

Iam igitur bono alite in Aegypto instaurantur quae vetera, vetera immo confortantur hodiernis, hodiernis denique adduntur novissima, quibus ea regio redeat qualis olim fuit, et fortassis etiam excellat, emineat magis quam olim.

Angli igitur, quorum opes et potentia illae sunt maxima, de novo opere cogitarunt, quod Pharaonum menti obsequens restauraret ea quae perierant, lacum scilicet ad servandas aquas, quem Merim prisci, et Phi-ium, Arabes E-Fajum, quod est idem ac Phium; insuper omnia prorsus, quae nocere possent, removerent. Itaque tres magni lacus manufacti instituun-

PRAETER NILI FLUMINIS UNDAS.

Ad ea paene implenda, quae superius de Nili fluminis piscinis et novis cuniculis diximus, deque re Aegyptiorum mirabiliter per ea provehenda, nonnullas locorum imagines addere placuit. Quarum primam, luce expressam in ipsa fluminis ripa, non tantum eius variam pulchritudinem exhibet, sed seapham quoque Aegyptiorum propriam, quam ipsi *dahabeeah* appellant, eius ope viatores, ubi maxime iuvet, moram faciunt. Quodsi magister navis nautas optimos secum habuerit, per omne iter viator quasi innatantis illius dominus esse et gerere dominium videtur, atque quadam beatitudine fruitur flumen pulcherrimum spectans eiusque sequens cursum, ubi aeris temperies mitissima semper, ubi nullae pluviae, ubi rudera summae antiquitatis gigantea per oras ubique eminent oculis spectanda venerabundis.

Eece deinde Cairus urbs, cuius ex forma, quam damus, eminent statim arx anno MCLXVI super colle exstructa, unde mirabilis maris ter-


raeque visus, certi facies e
Ex iis subtra
hanc aedifica
Méhémedi et
etissimos, alic
turres marmo
dera exsilen
quasi totidem
Eius in ambi
Arabum clade
raeta est, qu
ille tentavit.
quingenti fer
gressi, oclusis
ignivomis neca
ex vallo cone
tuti simul ceci
in cadavera e
prosiliens, auf

Est et Cair
tore, hoc vere
keyek, qui supre
saeculo XV de
simi viresunt
tam visu et
summa, quae
circum aedes e
simae; hospita
bulacea portie
lunt ditissimi
Europaei tantu
que invisere g
quoque vestibu
omnino reddun

DE "DIS"

ANIMA

LICET illa q
lin Ecclesias
sierit, nihilomin
docti et pii, qu
vere christianis
nifestum verbor
Christi sensum,
sapientiae et p
Hue referri po



Cairo urbis prospectus.

raeque visus, fluminisque spectaculum atque deserti facies et pyramidarum ingens prodigium. Ex iis subtracti singuli lapides, qui ad arcem hanc aedificandam congesti sunt. Aedes sacra M^{eh}emedii Ali iuxta arcem erigit tholos letissimos, alias super alias imminentes, cuius turre marmorea, subtile quidem et ad sidera exsilientes, solis adversos radios remittunt, quasi totidem cuspides aureis punetis distinetiae. Eius in ambitu anno MDCCXII Aegyptiorum Arabum clades, M^{eh}emed illo imperante, peracta est, qua gentem eorum delere penitus ille tentavit. Ad epulas in arcem advocati quingenti fere advenerunt, at vix aedem ingressi, occlusis ianuis proditionia manu ballistis ignivomis necati sunt a militibus, qui undique ex vallo concurrerunt. Omni defensione destituti simul cecidere, vixque unus ex iis, immissio in eadavera equo, sospes, atque crita vallum prosiens, aufugit.

Est et Caire locus insignis, cui ab imperatore, hoc vere strenuissimo, nomen fuit *Ezbekeyek*, qui supremis Aegyptiorum regibus inserviuit saeculo XV delabente. Horti in foro hoc latissimo virescunt, omnemque florum messem laetam visu et naribus suavem afferunt copia summa, quae meridiana loca decet. Eminent circum aedes eaque maxime recentes et lectissimae; hospitia, tabernae, theatra, officinae, ambulacra porticusque, quae loca peregrini incolunt ditissimi et optimates. Quod prius forum Europaei tantum lustrabant, modo Arabes quoque invisiere gaudent, admixtique nostris, suis quoque vestibus spectaculum loci delectabile omnino reddunt.

LAELIUS.

DE "DISCIPLINA ARCANI,, ANIMADVERSIONES CRITICAE.

I.

LICET illa quae dicitur «disciplina arcani» in Ecclesia praeceps Occidentali esse desierit, nihilominus non desunt scriptores, ceterum docti et pii, qui investigationes de religione severe christianis prohibent. Sunt etiam, qui manifestum verborum Scripturae sacrae, vel ipsius Christi sensum, si non data opera, at nescio cuius sapientiae et pietatis specie obscurare solent. Hue referri possunt ii, qui clarissimum sen-

sum negligentes, mysterium querunt, ubi nullum est; exinde tot metaphoricis et aequivois utuntur vocibus, ut vix a profano intelligi possint. Dantur adhuc concessionatores, qui existimant, se tum omnes viri erudit et eloquentis numeros implesse, si omnes figurae in unum congerant; at ita rem simplicissimam mentibus parum acutis substrahunt; ita efficiunt, ut plus ritibus et symbolis concedant, quam rei natura patiatur. Sunt etiam multi,

qui illum eruditum et pium oratorem esse putant, qui innumeris flosculis, signis, metaphoris, figuris auditorum sensus demulcere et quidquid elatum atque sublime excogitari potest, in medium proferat. Planus, perspicuus et argumentis suffultus sermo plerisque sorbet; unde vix ulla est creatura in caelo et in terra, vix ullum instrumentum quod solertiae talium oratorum vel scriptorum non pateat: habemus spirituales aures, oculos, pedes, spirituales stellas, soles, planetas, spirituales aedes, et quid non?... Traditiones suas excusatur omnes hi ad «disciplinam arcani» veteris Ecclesiae tamquam ad sacram quandam ancorem confugiunt. Imo inter alia consilia, ad incredulis et minus capacibus frenum iniiciendum, optant ac proponunt, ut disciplina ab antiquis Ecclesiae doctoribus usurpata in usum revetur.

Verumtamen aliae nobis rationes suppetunt, cur omnino contrarium tenere possimus. Quae apud veteres et recentiores circa nominatam «disciplinam arcani» legeram, in mentem inducunt, hanc veterum consuetudinem multorum potius errorum spreta que religionis castissimae causam fuisse. Non contradicendi, sed nudam veritatem patefaciendi studio argumentum hoc scrutari statui.

Cum autem etiam ordinis habenda sit ratio, certis limitibus dissertationem includam. Huius nempe «disciplinae arcani» indolem et naturam, deinde originem pandam; porro ad rationes, quibus inducti veteres eam invexerant, pergam, quamque illae nullius roboris sint, non solum inspiciemus, sed et varia incommoda, quibus obnoxia sint, in medium proferemus; unde denique illud efficietur, eam disciplinam nostris temporibus neque esse usurpandam neque renovandam...

II.

«Disciplina arcani» ea veteris Ecclesiae intelligitur

consuetudo, qua quaedam Religionis christiana mysteria ritusque ethnicis nondum initiatis, lapsis et catechumenis celabantur, neque ante certum peractae exercitationis tempus iis cognoscenda patebant. Probe tamen animadvertisendum est, non hic sermonem esse de scriptis publicis, sed de sacrorum publico exercitio, institutionibusque ad populum habendis. Notum est enim, veteres Ecclesiae doctores publice religionis christiana decreta non solum exposuisse, sed etiam acerrime eadem vindicasse. Quaeritur autem, utrum ad mysteria omnia, v.g. ad doctrinam de SS. Trinitate, an vero ad sacra solum ea, quae naturam Baptismi atque sanctae Cenae spectarent (1), haec arcani disciplina producta sit.


Quod ad monumenta veterum attinet, satis constat, non solum meros ritus in administratione Sacramentorum adhibitos fuisse occultatos, sed et ipsam rei significationem aliaque Religionis decreta.

In VI catechesi sancti Cyrilli Hierosolymitani haec legimus: «De mysteriis, praesentes si sint catechumeni clare non loquimur; sed saepe multa dicimus teete, ut qui norunt fideles intelligent». Atque hoc in causa fuit, cur ethnic Christiani illuderent. Celsus, acerrimus ille hostis, ludibrii causa religionem christianam vocabat ζωποτόν δόγμα, doctrinam clandestinam. Origenes (2), dum in eo est, ut hanc calumniam diluat, fatetur quaedam doctrinae capita non omnibus communicari. – Superaddamus clarum illum locum Cyrilli (3): «Non enim gentili cuiquam de Patre et Filio et Spiritu sancto

(1) «Quid est quod oculatum est et non publicum in Ecclesia?» - quaerit s. Augustinus - (*Com. in ps. 108*), et respondet: «Sacramentum Baptismi, Sacramentum Eucharistiae; opera nostra vident et pagani, Sacraenta vero occultantur illis».

(2) Locus qui exstat (lib. I, c. 8) contra Celsum hic est: «Per totum orbem notior est Christianorum praedicatio, quam philosophorum placita. Quis enim Iesum e Virgine natum et crucifixum ignorat? Quis resurrectionem Eius multis creditam et denuntiationem iudicij reddituri pro dignitate poenas peccatoribus et iustis praemia?... Quia et resurrectionis futurae mysterium vulgatum est, tametsi rideatur ab infidelibus. Quae cum ita se habeant, per absurdum est doctrinam hanc vocare clanculariam. Quod vero quaedam insunt quae non communicaunt quibusvis, id non solius christiana doctrinae proprium est, verum etiam philosophicae...»

(3) *Chatech. VI.*

*Ezbekeyek* locus in urbe Cairo.

arcana mysteria declaramus, neque palam apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa saepe loquimur occulte».

Inter eos porro, quos a sacerorum usu et contemplatione areuerunt primo loco veniunt « extranei », quo nomine homines a religionis christiana professione alieni intelliguntur; secundo loco hue referendi sunt « profani » i. e. non initiati (1). Sequebantur tertio « gentiles », denique catechumeni, quibus omnibus aditus ad audienda mysteria ocludebatur. Duplex autem erat modus occultandi haec mysteria. Prior quo profanos a mysteriis procul esse inbebant. Quem in finem Diaconus alta voce non initiatos discedere inbebant (2). Et fores templorum diligenter custodire tenebantur ostiarii. Posterior occultandi ratio erat, qua de mysteriis coram initiatis aut plane silerent, aut obscurō dieundi genere data opera uterentur. Eum in finem vocabulis etiam obseuriōribus utebantur, cum de sacramentis sermo esset habendus.

(Ad proximum numerum).

STANISLAUS FIGIELSKI.

(1) « Obscure propter non initiatos de divinis mysteriis loquimur » - scrispsit Theodoretus.

(2) « Diaconus in altiore loco stans magna voce... alios quidem vocat, alios prohibet, alios excludit, alios introducit... S. CHRYSOST., Hom. XVIII in Ep. ad Hebr.

Exige amicitias et tibi iunge pares.

OVID. Trist. lib. 3.

Tarde aggredere, quod aggressurus sis; perseveranter prosequere.

DEMOCR. PHALER.

26]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

CIV. — MORS ET MORIBUNDUS.

*Qui sapit, huic nunquam Mors accedit improvisa;
Funus quotidie cogitat ille suum.
Omnes debemur Ieto, qui quaelibet hora
Occiduae vitae nocte dieque patet.
Quae lux infantī regali prima renidet,
Haec eadem poterit funeris esse dies.
Sis meritis clarus; virtute, decore, iuventa
Praestes: Falecerae non prohibebis opus.
Demetit omnia Mors viventia, donec in orbe
Sola triumpho regnet et exanimi.
Trita loquor de re, qua non rulgatior ulla;
Cum sit nulla tamen res inopina magis.
Aegrotus, centum qui vixerat amplius annos,
Sic coepit, leto iam propiore, queri:
— « O Mors, cur adeo celeras? Tabulas sine scribam
Testatas; rapis heu! me nihil admonitum.
Siste gradum tam praecipitem: me nunc retat uxor
Futa subire; comes post erit ipsa mihi.
Est etiam praeponos sponsae iungendus, et ala
His superest tectis adiicienda meis.
Ne violenta moram misero, Libilitina, recuses.»
Cui Mors: — « Praecipitem me facis immerito.
Armis tune, senex, subitis oppressus es, annos
Cui licuit decies exsuperare decem?
Grandaeos adeo num vasta Lutetia condit
Binos? num denos Gallia tota viros?
Te sed debueram — conquestus es — ante monere,
Rebus uti posses consuluisse tuis;*

STELLAE VAGANTES EX OPINIONE VULGI

DE stellis, quae statutis anni tempestatibus per convexam caeli amplitudinem vagari videntur, varia sentiunt homines indocti, pastores praesertim, qui, vigiliae ad custodiendum gregem assueti, frequentius, quam ceteri, nocturna astrorum spectacula suspicere et contemplari possunt. Alpium atque Apennini incolis opinio est stellas vagantes, quas in terram reapse illabi putant, illius mortem indicare, in cuius casam vel aedificiolum ruere videantur. Ii quoque, qui italicam incolunt regionem, cui nomen ex Foro Iulii, falso existimant id genus astra nuntiare aliquem brevi in pessum eo esse iturum, quo forte illa sint illapsa. Neque ab his multum dissentire videntur qui in Moscoviae parte ad septentriones spectante habitant: ibi enim tot homines morituri dieuntur, quot stellae e caelo deciderint; in Laponia autem creditur in eo esse, ut tot infantes extremum edant spiritum, quot micanitia corruerint sidera.

Huic opinioni, qua stellae vagantes mortis indicium nuntiumque habentur, superstatio omnino adversatur, quae in umbilico Europae atque in eius meridianis regionibus vulgus imbut: namque homines isti doctrinæ plerumque expertes putant cogitata ocyssimo momento, quo stellae per aethera vagantur, re quidem vera esse perficienda. Hinc est ut insignis poeta gallius Franciscus Coppée huic vulgi superstitioni innixus canere non dubitaverit:

*« Dans les nuits d'automne errant par la ville
Je regarde au ciel avec mon désir;
Car si dans le temps qu'un'étoile file
On forme un souhait, il doit s'accomplir.»*

*Ut foret aucta domus, pronepti sposa iugata,
Haeres et scriptus, me veniente, tuus.
Ast ego te monui, cum sensus obtudit aetas;
Cum tua deseruit torpida membra vigor;
Cum stetit auris iners, pes tardus, hebesque palatum;
Omnia semianimo cum periere tibi.
En tibi sol gelido nequit ardens ferre calorem;
Tu quid in algenti corpore stultus amas?
Aegros nonne tibi socios, animamque efflantes;
Nonne tibi tumulos saepius exhibui?
Haec quid erant, nisi signa tui praenuntia leti?
Nune, agendum, migra nilque repone, senex;
Intestatus abi: nihil hoc respublica curat.»
Talia, sancta quidem, Mors documenta dedit.
Opto, quisque senex e terris exeat, instar
Convivae, grates qui bene prausus agit.
Is sua rasa libens asportet, rite parata;
Nam mora, si qua datur, quam brevis esse solet!
Stulte senex, quereris? Iuvenes o respice fortes,
Qui te, qua sit mors mente ferenda, docent.
Aspice, bellantes quam prompti ad funera currant,
Clara quidem, fateor, sanguinolenta tamen.
At frustra vetulos, queis surdior auris, adhortor:
Decrepitus quiris aegrius emoritur.*

CV. — SUTOR ET QUAESTOR (1)

Sutor ab aurora cantabat noctis ad umbram;
Cantabat liquido gutture iuge melos.
Dum crepidas tractat, felicior ille videtur
Septenis, veteres quos cecinere, sophis.
Non ita vicinus quaestor nummosus, apud quem
Cantus erat rarus, rarior ipse sopor.

(1) Varii generis erant quaestores. Hic de iis agitur, qui pecunias administrant, quosque Fontanius appellat *financtiers*.

Neque id mirum videri debet: etenim, ut ait Horatius,

*..... pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.*

Huic superstitioni adscribenda reor quae Marcellus e Bardigla, medicus Theodosii I imperatoris, ad quosdam morbos ab hominibus vel pellendos, vel prohibendos praescribere solebat, ut a I. L. Grim Academiae, cui nomen ex « scientiis », Berolini relatum est. Aiebat enim regius medicus verrucas, quae vultum ac manus praesertim deturpant, ad nihil extemplo esse redigendas, si rapidissimo astrorum itinere confricari per aliquam rem potuissent; cavendum tamen ne per nudam manum confricarentur, quae illico verruca inficeretur. Dictabat insuper supersticiosus Hippoeratis cultor tot annis lippitudinem homines a se prohibitueros, quot numeros, stellis ocyssime per aera pervagantibus, supplicare ipsis lieuisset.

His, quae de stellis vagantibus diximus, alia multa accedunt memoratu digna: etenim qui Ahiti insulam incolunt falso arbitrantur id genus sidera nihil esse aliud, quam humanos animos, qui a malignis spiritibus vexati, in terram ad auxilium petendum descendant, quod ipsis a superis negetur. Qui vero in Samoa insula vivunt stum demum in huiusmodi stellis suspicere putant, atque fausta vel infausta belli initi capiunt auspicia, prout dextrorum, vel sinistrorum fulgens numen se ipsis videndum praebeat.

Praeterea ex Mahumeti asseclis sunt qui dicant vagantes stellas ignea esse iacula ab ipso numine Allah, vel ab angelis eius ministris in malignos coniecta spiritus, qui caelum pervenient fumum, quae star, per aera gentes reliquias caelo, ut incolae tum deiiciunt, quibus in praefata per mortem exp

dere divinaque
indicio autem
landa vitam ag
mina infirmiora
ribus diis ipsa
in praeeeps de
tas de pervagan
tatis gratia, pra
verba facere pla
regionis supra
Iulii; his enim
esse videntur, n
a beatis spiritibus
illa ardeant su
Altera superstici
bitatorum Yueat
vagantes stellas
vel tres partes i
confecti, quos mi
vertice labiis su
igne incendunt, u
rent fumum, que
star, per aera
gentes reliquias
caelo, ut incolae
tum deiiciunt, q
ribus in praefata
per mortem exp

DE TELEGR.

Ecquis vestrum a
gnum immoratus,
mora patientis, ve
a saxis manus qu
dormientem repa
Me et fecisse reco
memini; siquidem
videns, quo in loc
lympna intumesce
in ripas dilatatur,
erumpit, mox ter
nes proportione q
cedentemque inse
prius et singuli
nasebatur in ani
men in imo stagna
gereret et ipse co
insequentes, ut iuc
excitarat. Quid si
versum narrare s
lusisse amabiliter,
cularibus undis co
dabam e carminil
Quidquid de me
et caput omnis
phiae ». Quae en
eadem est, qua
similia enim inte
continentur; mag
est, quae dum pr
diversa, si perspi
rabiliter apparebun
magis unquam co

*Ac si forte quies prima sub luce subiret,
Carmine sutrino mox erat acta procul.
Sueverat ille queri, venum non ire soporem,
Ut solet in medio potus et esca foro.
Cantorem vocat is, cui: — « Dic — ait — annua merces
Quae, Crispine, tibi traditur artifici? »
Subridens sutor: — « Mea, vir clarissime, — dixit —
Non ex annorum metior orbe luera.
Quos dedit una dies nummos, rix altera serrat;
At curat victum quaque parare suum.
Hoc satis est, anni si tangam denique finem.»
— « Quae merces igitur quotidiana tibi? »
— « Non eadem semper; minuit res una lucellum,
Quae si dempta foret, nil ego conqueror.
Nempe labore racat pars anni magna, diebus
Exsuperans festis; tum quoque lucra vacant.
Festa nocent festis, et sanctos usque recentes
Aero sacro noster nuntiat aeditus.»
Arridens lepidu cantori: — « Vir bone, nunc te
Divite — quaestor ait — dote beare volo.
Tolle hos aureolos tibi centum; res tua sunto.
Conde domi nummos; utere cum sit opus.»
Omne patere sibi sutor tum credidit aurum,
Terra quod a proavis federat ima suis.
Ad sua tecta redux, cellam rimatur, humoque
Gaudia prisca simul condit et aureolos.
Namque silet cantor; vox hunc sua deserit, ex quo
Munera, thesaurum, perniciosa tenet.
Exsulat e laribus sopor almus; cura subitque
Atra, metus pallens, turbida suspicio.
Furta diurna timet sutor; si nocte strepentem
Audierit felem, felis abegit opes.
Virere sic lassus, sutor reddit ad quaestorem,
Quem iam desierat voce ciere sua:
— « Ecce tibi nummos — clamat, — tua dona, reporto;
Somnos et cantus tu mihi redde meos.»*

(Ad proximum numerum).

etenim, ut ait
tis
qua potestas.
eor quae Mar-
dosii I impe-
hominibus vel
ribere solebat,
ni nomen ex
Aiebat enim
ultum ac ma-
lum extemplo
astrorum iti-
n potuissent;
manum con-
ficeretur. Di-
ppoceratis cul-
nes a se prohi-
sime per aëra
cuisset.

diximus, alia
et etenim qui
antur id genus
manos animos,
in terram ad
od ipsis a su-
insula vivunt
picere putant.
i capiunt au-
strorum ful-
raebeat.

sunt qui di-
acula ab ipso
ministris in
aelum perva-

et,
cul.
orem,
annua merces
»
e, - dixit -
ra servat;
m.
finem.»
i? »
lucellum,
erter.
diebus
a vacant.
centes
nunc te
sunto.
opus.»
rum,
uis.
moque
los.
erit, ex quo
abitque
pentem
rem,
na, reporto;
»

dere divinaque audeant inspicere arcana. Ex iudicio autem eorum, qui in insula Nova Ze-
landa vitam agunt, in delabentibus astris num-
mina infirmiora sunt inspicienda, quae potio-
ribus diis ipsa fastidientibus e caelo pedis ietu
in praeeeps deiiciantur. Denique, ut alias multas de pervagantibus stellis opiniones, brevi-
tatis gratia, praeteremamus, de duabus adhuc
verba facere placet: prima Italos inficit eius
regionis supra memoratae, cui nomen Forum
Iulli; his enim incolis id genus astra nihil
esse videntur, nisi luminum caelestium fungi
a beatis spiritibus forifice praeceps, quo melius
illa ardeant suaque luce aethera illustrent.
Altera superstitione animum imbuuit rudium ha-
bitatorum Yucatan peninsulae; hi existimant
vagantes stellas nihil esse aliud, quam duas
vel tres partes immensi nicotianis foliis orbis
confecti, quos minores orbes (italice *sigari*) uno
vertice labiis subiiciunt homines, altero autem
igne incendunt, ut olenem inebriantemque aspi-
rent fumum, quem postea pleno ore, nubis in-
star, per aëra effundere delectantur. Has in-
gentes reliquias etiam nunc igne flagrantemque e
caelo, ut incolae Yucatan aiunt, animi gigantum
deiciunt, qui quum antiquissimis temporibus in praefata vixissent peninsula, corpore
per mortem expediti ad sidera evolarunt!...

HERSILUS.

DE TELEGRAPHO ABSQUE FILIS

NUPERRIMA.

ECQUIS vestrum, immo nostrum, puerilibus
praesertim annis, apud segnis aquae stagnum
immoratus, si quis tamen illo in tempore
morae patiens, vel compos est, suas prohibuit
a saxis manus quominus aliquod ex hisce in
dormientem repandamque paludem coniiceret?
Me et fecisse recordor, et causam, qua fecerim,
memini; siquidem non mediocreriter delectabar
videns, quo in loco lapis cecidisset, circumulum
lympa intumescente excitari, qui dum pergens
in ripas dilatatur, alter circulus eodem ex loco
erumpit, mox tertius, quartus et ultra, qui omnes
proportione qua orti sunt procedunt, praec-
edentemque insequantur, nec resident, nisi prius
et singuli in ripa requiescant. Suspicio
nascebatur in animo puerili aliquod esse Nu-
men in imo stagno, quod mihi ludibundo morem
gereret et ipse colludens, circulosque excitaret
insequentes, ut iucundum eum faceret, qui prius
excitarat. Quid si dixerit me postea domum re-
versum narrare solitum cum Nympha stagni
lusisse amabiliter, cum ea de ciendis illis cir-
cularibus undis certasse, nam saepe de Nym-
phis lacustribus et fluvialibus memoriae man-
dabam e carminibus poetarum?

Quidquid de me fuerit, o lectores, en summa
et caput omnis Marconiana « radiotelegra-
phiae ». Quae enim lex fluentibus dominatur,
eadem est, qua liquentia quaque reguntur;
similia enim inter se similibus etiam legibus
continentur; magna quippe unitas in creatis
est, quae dum prima fronte inter se videntur
diversa, si perspectiatur altius, convenire mi-
rabiliter apparebunt. Et re quidem vera quid
magis unquam diversum quam quod inter

materiam et spiritum? Quid commune oculo
cum intellectu? Ac tamen una eademque
utriusque est operatio. Ille e gravibus, extensis,
altis, latis corporibus, ministerio lucis, tenuis-
simus quae aether est, species in campo occu-
lorum collocat, nihil grave, latum, extensem
illuc praeter lucem titillantem inducens, cere-
broque videndas offert; intellectus vero subti-
les hasce species et quodammodo incorporeas
omni prorsus liberat contagione corporea, et
ideas rerum efficit, quae neque spatio, neque
tempori adhaereant, sed omnibus universalis no-
mine aptentur. Quaeso quaenam via, quisnam
est modus quibus oculus a re speciem aufert,
et cerebro comparat? Idem prorsus, data pro-
portione agentium, quibus a specie materiali
intellectus abstrahit ideas incorporeas, et quod
uni commune est, protrahit in sexcentas, in
res omnes eiusdem generis, in infinitum. Post-
quam igitur multorum praeceps experimentis
cognitum est lucem, electridem esse
quoddam fluidi genus, in quo omnia moventur,
sicut pisces, microbia inter undarum athomos
versantur, lex eadem, quae et stantibus et fluen-
tibus aquis est, electridi, luci, sive stantibus
sive fluentibus haeredit; et sicut semel excitus
in superficie stagni motus irrevocabiliter ad
ripas usque diffunditur, sic siquis oriatur mo-
tus in electricis, in lucis fluido ad extremum
usque perget necesse est. Quod si propter inter-
talla potentiam vimque motus illius lucis
nimis debilitatam ad nos usque pertinentem,
nos christallis convexis et concavis optica arte
dispositis, restituere possumus, et immensum
remota sidera perscrutari; quid vetat conficere
machinam, quae motas illas aetheris electrici
undas peragrantes excipiat, et eumulans, illis
potentiam initialis motus restituant? Hanc ma-
chinam Marconius adstruxit, quae ipsa in
simplicitate mirabilis est, nec sibi quis persuadet
dere potest de re tam obvia neminem antea
coxitasse. Castellum ex ligneis vel ex metallicis
trabibus quo fieri possit altissimis exstruit, id-
que ea Minerva, ut tranquillo aetheris electrici
Oceano potiatur; quo magis enim, ut in stagno
vidimus fieri, tranquillum fluidum est, eo certi-
tores, et fortassis puriores et velociores undae,
circulares undae, recursant a centro ad externa.
Rete quoddam, quasi ad aucupia paratum, qua-
tuor inter columnas illas, quae et plures esse
possent, extenditur, quo commotiones omnes
electrici pelagi excipiuntur. Tum a summo et
lato convergentibus deorsum in fascem, exiguum
filis, omnis aetheriae commotionis summa de-
labitur in conclave, ubi scriptoria vel auditoria
mensa singula vel describit chartis, vel auribus
intonat semel arrepta caelo dum vagantur pe-
lago aërio commissa.

Atque haec rerum dispositio primum negari
coepit, et quasi rideri ubi primum noster
vir iste quae invenerat patefecit; patefecit
nempe se posse facere; modum quo faceret ne-
mini, et iure quidem bono, manifestavit, ne
quod Antonio Meucci Italo, qui primus anno
MDCCXLIX Avana in urbe Cubae tele-
phoni mysteria nactus est, accidit, sibi quoque
contingeret. Deinde tum qui adversus fuerant,
tum qui irriserant, tum qui vaniloquum eum
reputaverant, praedicaverant, urgente facto, rem
non negarunt, at vacuam prorsus inventionem

et mendacem fore dixerunt si magna inter spa-
tia ponerentur. At hisce Marconius triumphaliter
modo respondit non scriptis sed factis,
constitutis sui telegraphi domibus, altera in
Hibernia insula ad Britanniam, Poldhu; altera in
Canadensi regione Table-Head. Dum vero
ab Hibernia Poldhu in Americam per Atlan-
ticum oceanum demigrat, vehente nave *Carlo*
Alberto, a Poldhuensi illa domo quotidie, quavis
hora, telegraphica signa notasque excepit;
resque eo feliciter processit ut, vel aestuante
procœllis mari, et navem non mediocreriter labefac-
tante, telegraphi signa integra semper suscep-
ta sint. Iamque Marconianum opus bono
initum alite ad optimum provehit exutum, et
prope Table-Head urbem nova sui telegraphi
statione erecta, « radiotelegramma » quae nun-
cupant, in Europam ad reges, ad proceres trium-
phaliter dimittuntur, ea temperantia tamen, ut
puleherrimae inventionis auctor, quem obstu-
pescientes admirantur ubique gentes, nunquam
de se, nunquam de praelario facinore mentio-
nem inducat.

Quo autem labentibus annis, perficientibus,
in communes usus inventum redigentibus, pro-
cedetur? Nemo facile coniicit, spe mirabilia
quaque suadente. Hoc nempe novo colloquendi
genere, novo annuntiandi modo, quem nec turbines,
nec maris procœllae, nec impendia conturbant,
afficiunt, ubicumque sit aëris (nec enim
aliud praeter aërem requiritur) facilis sermo-
cinatio est, et quae sunt naves in mari invi-
cem salutem, monita invicem, casus vicesque
suas, pericula quibus premantur, auxilia quibus
indigeant, facile quavis hora postulabunt,
annuntiabunt, naufragia arcebunt, omnia deni-
que in bonum convertent, convertent in tutum,
quae nunc in discrimine, quae nunc in ancipi-
posa sita esse videntur.

Atque utinam hoc tempus matureret, diesque
ii illucescant, quibus fas sit et mala aver-
tere, et bona provocare, et ab adversis aliquando
requiescere! Haec autem ubi felicia acciderint,
non ultima erit Marconio laus et ingenio suo
ferme divino præparasse, et argumentosa voluntate
sua præbuisse.

M. LANI.

DE LATINA ELOQUENTIA

IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

ANTEQUAM venio ad clarissimum virum, qui
cum Chionio virtute ingenii scriptisque
optime de principatu in litteris certavit, inva-
bit obiter in memoriam revocare consuetudinem,
quae tunc apud nos unice vigebat. Sic in sa-
lubriore quodammodo aërem transferri puta-
bimus.

Quis enim, hisce praesertim temporibus re-
publicae gravissimis, haud aegro animo cernat
iuvenes adhuc imberbes, omnibus bonis arti-
bus expertes, in medias res hominum se pro-
ripientes, clamoribus insanis tumultuque sedes
illas implere, ex quibus graves pietate viri ac
meritis insignes indignabundi exsulare videntur?

Sane principes Domus Augustae, ad doctrinæ
sanctitatem morumque in primis contendentes,

(1) Cfr. an. VI, num. II.

probe noverant, bonum civitatis idemque malum ex puerili institutione omnino progredi. Ac propterea maximo studio illuc nitebantur, ut doctores eloquentiae, religione insignes, ad doctrinam potissimum sanctam atque ad pietatem eos erudirent, qui e scholis suis aliquando egressi, laureaque donati, pueros, sibi concerditos, docerent in minoribus gymnasiis, quae ea tempestate in omnibus fere oppidulis regni publice patebant. Ad haec munus docendi plenumque sacerdotibus tradebatur, qui, parvo contenti, haud spernenda esse reputabant levissima illa stipendia, quae professoribus proponebantur.

Praeterea alumnis eloquentiae, qui in magnum Taurinense Gymnasium ingrederentur, cautum erat, ne liberiorem vitam atque inconsultam agerent, moribusque pravis imbuuerentur, ut essent sacerorum alumni, aut saltem religioso habitu in urbe versarentur.

Haec breviter praefatus ad Ioannem Bernardum Vigum festinanter venio.

Hie Corii, qui pagus est in Salassis, haud procul ab Urbe, natus est quarto idus Martias an. MDCCXIX. Bonos parentes nactus, primam aetatem in iis bonis artibus domi duxit, quibus puerilis aetas impertiri consuevit. Augustam Taurinorum a patre deductus, honeste educatus atque liberalibus disciplinis institutus est. Mansuetiores musas amplexus est in provincialium ephebo, ubi experrecti ingenii adolescentes Subalpini publice alebantur, ut strenuum operam in spem regni litteris darent. Brevi posteriorum litterarum doctor renuntiatus, rhetoricae docuit in scholis ordinis secundi apud Subalpinos, eo hominum plausu, ut omnium exspectationem vicerit. Tunc munere beneficio que regis Caroli Emmanuelis, huiuse nominis tertii, accitus est ad litteras italieas primum tradendas, mox latinas in Archigymnasium Taurinense, ibique omnibus ingenii ornamentis refulsit.

At non est praeterendum, non modo humanis, sed etiam saeris litteris operam dedisse Vigum, et doctorem theologum renuntiatum esse. Quod quidem decus hisce verbis sibi maxime commendabat: «Earum ad artium studia informatus fui, quae si absint ab hominum vita, humanitas ipsa, prope dixerim, absit necesse est».

Vigus praecepuam sibi copiae, facilitatis atque elegantiae laudem quaesivit ex libris duobus: *De Sindone taurinensi*, versu hexametro conscriptis, in quibus copiosum ac limatissimum ingenium ostendit.

Praeter *Sindonem*, regi Carolo Emmanueli dicatam, complura alia opera ex penu Vigi prodierunt, quae maximis laudibus patres nostri perlegerunt, in quibus est illud adnumerandum, cui titulus: *Cortex Peruvianus*, Augustae Taurinorum an. MDCCLXXV in vulgus editum. Scio equidem criticos in versibus Coriensis didacticis poëtam carpsisse, ut qui narrando unice contentus, episodiis lectorem recreare obliiscatur, descriptionibus paulo vividioribus parcius adhibitis. At si haec peccat interdum, multis tamen virtutibus eluet, quae neminem unum ab illius assidua lectione prohibeant, nisi forte venustatem stili, poëticum decorem, praesertim vero sententiarum altitudinem terue faciat, quae omnia a Vergilio, pro re nata, Vigus mu-

tnatus est (1). In hoc poëmate originem deserbit, patriam, virtutes, usus et effectus huius remedii, et tanta doctrinae varietate, totque insignibus verborum et sententiarum luminibus orationem distinxit, ut maxima voluptate afficiant letores.

Si autem petamus quibusnam episodiis praecepua haec poëmatis actio exornetur, se se nobis offerant, descripicio febris, mentio de Caroli Emmanuelis regis occasu, et prae ceteris temporis quo salutifera haec planta est inventa:

*Tempus erat victis quum iam terroribus adest
Cedit et ostentat sua mitia poma per agros
Autumnus pater, aut rubrum trahit uera colorem;
Atque alibi (heu quoties!) ubi crassus dicitur aëris,
Et nebulae passim surgunt humentibus arris;
Sic Perne ignotis tam longo tempore in oris,
Stagnantes undas circum vicinque tecta,
Perque imas valles errabat funera secum,
Et maciem adducens aestusque et funera dira
Pestis acerba hominum febris. Correpta gemebat
Plurima turba simul passim, iuvenumque senumque;
Quos inter nemorum cultrix pulcherrima forma
Deliciaeque et amor iuvenis, cui nupta puella
Nuper erat loxae non longe a moenibus altis
(Nomine eam Phyllim, Proclum dixerat maritum)
Paupere sub tecto languebat. Pallor in ore
Plurimus, atque oculos circum paullo ante nitentes
Lurida licedo insedit; iam dentibus ipsis
Quæs nil candidius, labiisque arentibus atra
Caepferat illuvias spargi, et rix pectora ab imo
Tollebat voces.....*

At cives summis laudibus carmen *De Sindone taurinensi* extulerunt, ceterisque omnibus quae a Vigi ingenio sint profecta longe esse antependium haud dubitarunt.

SUBALPINUS.

ANNALES.

Macedonum machinationes — Mauritaniani perduelles profligati — Venezuelanae compo sitae res.

NUNCIATUM iam Turcarum regi tradunt fore ut Martiis proximis idibus Macedonum seditionem iterum exardescat: vera an falsa auspicati fuerint publicarum rerum speculatores non patet; id certum est militum cohortes legionesque iam in certa loca congregari, ut paratam tuto defensionem seditionis manipuli inveniant. Macedones et ipsi instruire arma et bellum praemoliri, Bulgaris praecipue auctori bus, quorum ex finibus in proximas Macedoniae oras legati alarumque praefecti devenire, ut, congregatos per silvas et montes seditiosos homines, certa acie et firma dimicare doceant. Attamen neque novo conatu credimus Macedones optatam redemptionem a servitate esse consequenturos, quinimmo eorum finibus non tam Turearum copias obviam futuras quam totius Europæ, earum praesertim nationum, quarum fines superi maris vel Hellesponti, vel Euxini litora tangunt. Russos dicimus et Austros Italosque, quibus omnibus una mens eademque firmissima, ut in Balcanica quam dicunt re gione, quovis pretio pacis tueantur munera, ne inde forte illud discordiae semen exoriatur, quo arma omnium in unum conflagrent et misseantur.

*

Mauritanorum regi datum est recens suorum populorum cohære audaciam et perduellionem: castigare. Rem illum assequutum dictitant non tam suo exercitu, armis destituto nulla que vi disciplinae firmato, quam... praestita sibi

(1) *Effermeridi letterarie di Roma*, an. 1774, il 12 di marzo, n. XI, pag. 83.

ab argentariis Gallicis Iberisque pecuniae manus maxima. Quingenties enim centena millia libellarum non sine usuræ pondere tuto tradita regi ab iis sunt, ex quibus ille bis centum milibus aureis detractis, ad Bu-Hamara perduellis ducis milites clam misit, pretium defectionis prodictionisque. Auri vis etiam nunc omnia potuit, ita plane ut, cum tertio kal. Februarias Fez urbis prope moenia utrinque ad proelium ventum fuerit, ex rebellium copiis tribus quae dam inopinato defecerint a pugna, ipsosque antea criminis socios a tergo invaserint.

*

Venezuelana contentio, facta primum aerior aliquantulum et in pessima conversa, nunc in pacis iter redire videtur. De Germanorum navalium pugna quae ad Macaraibo sinum per diem pugnata est explicata occasio et redditis ratio, Venezuelanos scilicet milites tormentis bellicis addictos in Sancti Caroli arce, in Germanorum navem *Panther* missilia iecisse, timentes ne per vim, fretum, unde aditus in lacum Macaraibutissimus, patet, navis illa ingredi conaretur. Navarcae contra una mens fuerat, lustrandi litora rigidius propriusque, ne e naviculis forte mercenaria sepha emitteretur in altum, ad commeatus mercesque quaerendas, quod prohibere simul classis Europæorum nitebatur. His itaque primis iaculationibus ea est commissa pugna, ex qua carolina arx illa protinus eversa est et diruta. Modo pacis negotiations persequi placuit cum Bowen illo Americanorum nordicæ foederis legato, qui Venezuelanas partes ex mandato peculiariter agit. Ex colloquiis multiplicatis, tandem in id concilii venisse legatos omnes innotuit, ut marina retingalia, quae per Venezuelanos portus solvuntur suis custodibus invigilanda et percipienda tradantur, quousque alieni aeris pretium cuique genti persolutum ad assem fuerit.

POPLOCOLA.

AENIGMATA

I.

*Parte priore rogare soles; sed parte secunda
Monstrare aut lentam carpere segnitiem.
Utraquem mixta quid est? Divi suprema voluntas,
Quæ regit et terras, et regit astra poli.*

II.

*A teneo: vado per vios, vado per urbes.
E teneo: eupas fabricor arte mea.*

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

VINCENTII LANFRANCHII

DE AENEIDE CUM FRUCTU LEGENDA

ACROASIS.

Aenigmata an. V, n. XXIV proposita his respondent:

1) Mus, Musca, Muscatum, Mustum;

2) Caminus-Canus.

Ea rite soluta miserunt:

Th. Vignas Sch. Piar., *Rome*, — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ios. Grass, *Noverio*. — Ios. Vawer C. SS. R., *Vaals*. — Ant. Allaria, *Augusta Taurinorum*, — G. Maurer, *Bonna Uriorum*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Collegium Scholarum Piaram *Stellae*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — V. Hertel, *Mendhusio*.

Sortitus est praemium

IVLIUS SERNATINGER,

ad quem missum est opus, cui titulus:

S. AMBROSII DE OFFICIIS LIBRI TRES.

(Edid. I. Tamiettius).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paris* Phil. Cuggiani.

IL

Hoc
rei long
pretatio
Cantici
vadori
edidit ei
L. O. 50

Cre

Ne
torem

MENS
ante om
a prima
vapore a
contra p
qua de c
qua iter
qui quid
parvum
non id sa
ex ipsa r
cumulata
gna voce
elamant
quam atr
Cadavera
que exus
viatorum
sae, squ
iacent!..

Quod s
fortuna a
cum exere
immissa p
tum exere
manica v
medio in
unus nig
sospites e
delevisset
fassus sed
septemque
tissee, na
pham reli
appelleren
tantum e

LE LAUDI LATINE
IL CANTICO DEL SOLE
DI
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Salvadore, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima editis cura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

FIDES,
QUOD MUSICUM ORGANUM
STRADIVARIUS
Cremonensium artifex celeberrimus confecit,
Romae veneunt.

Negotium agitur apud *Vocis Urbis* administratorem Romae, via Alessandrina, 87.

PER ORBEM

MENSIS iter mari pariter terraque funestum. Gracaudense infortunium tristissimum ante omnia referam. Trahebatur fulmine citior a prima nocte per tenebras currum series vapore auctorum; vaporitraha autem segnior contra procedebat, suis tramitis. Ecce autem, qua de causa ignoro, in semitam immittitur qua iter faciebant currus, quos supra dixi, qui quidem superincidentes magnam ruinam pararunt. Heu quae inde viatorum caedes! Sed non id satis: horrem enim auget ecce ignis ex ipsa machina vaporifera in ruinas desuper cumulatas immissus. Vulneratorum plurimi magna voce brachia ad caelum attollentes, mortem clamant atque obtestantur eam sibi levorem quam atrocem illam vivendi rationem, futuram. Cadavera et currum fragmentis extracta, ea que exusta penitus octo: at decem et septem viatorum reliquiae informes in cinerem reversee, squalida monstra, passim per cladem iacent!!!

Quod si quis mare sulcaverit non illi sane fortuna suavior. *Bouvet* navigium et *Gaulois* cum exercitationibus vacarent, altero in alterum immissi, puppi occurrente grave inde detrimentum exceperat. Peiora Brunsvichia navis Germanica vidit. Collegit haec nautas naufragos medio in mari super scapham quinque, quorum unus nigri coloris. At nautae mentiti sunt se sospites esse ab incendio quod navigium suum delevisset: eos enim mendaces arguit nigrita, fassus seditionem in navi exarsisse, unde ducem septemque naufragorum socios mortem oppeditisse, navi submissum ignem, deinde in scapham reliquos descendisse ut desertam insulam appellerent. Nigrita ille coquus, mortis metu tantum coactus, eos sequutus fuerat.

Incendiorum vero annales pessimi quoque in Europa fuere. Horrendum primum quo Colney-Hatch in urbe fatuorum amentiumque sedes absumptae sunt. Convenerant ad aestuentes aedes miserorum cognati, ut de suorum inquietent sorte. Victimae absumptae igni plus quinquaginta. Custodes vigilares summo conatu vix nonnullos et captivis sospitare potuerunt: nonnulli ridentes ignem et laeti demirabantur. Atrox fumi caliginisque circum obvolvebatur nebula, fugamque miserorum pene impeditabat omnino, vixque nosocomii vigilis mente captos in portam dirigere valebant. De incensis undique aedibus, nil praeter fumantes ruinae reliquum, et cadera, plerumque mulierum, et quas cubantes flamma aggressa est. Ex mulieribus custodibus duas quoque cecidere.

Gallicum incendium huius simile, quo Biarritzii hospitium nobilissimum perit. Illuc, Napoleon cognomine tertio imperante, cum balsariorum dies essent, vel regii viri conveniebant. Vento afflante omni vi, auxilia quaevi cessere in irritum; at virorum caedes nulla ex flammis. Attamen domus omnis absumpta, dirutaque est. Ignotaes discriminis causae, at facile ignem et calefacientibus cortinis in dominibus, serica tentoria et suppelletilia et tapetia aluere. Advenis, qui multi in hospitio degebant, non defuit salus, eosque inter Olgae, Magnae Russorum Ducissae, quae a viro suo in ulnis suscepta ablataque est, postquam gemmas, aureaque monilia secum saltet praeripuit.

Iamque nullum ulterius sequar infidum nimis huiusmodi vestigium; Anglos petam, qui brevi, summo commeatut ut Nili caerulei fluminis aquas lustrent, Adis-Abeba ex urbe proficiscentur, ad

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

IIBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

Kartum moenia usque progressuri. Per fluminis aquas primum Europaei tentabunt viam. Itineris expensas praesolvit americanus Croesus Mac-Millen, Saint-Louis urbis incola, a Melnikio, sibi amicissimo et superiore anno Aethiopico sidere, numismate insigni, donatus. Seaphas ex chalybe multas secum viatores habent ut tutior sit descensus per flumen: eos ante quam proficiscantur *Negus Neghesti* in aulam excipiens salutabit. Tanto auspicio nonne certa fortuna videtur?

VIATOR.

EPISTOLARUM COMMERCII

Cl. v. Ios.... WAB..., Varsaviae Polon. — Nihil ab istis physicis doctoribus accepimus, et valde dolemus. Hymnum credimus fines angustos tantum attingere. Eum itaque haud vulgabimus.

Cl. v. P. ARM.... VAL..... — Qui fuerit scriptor ille priorsus ignoro.

Cl. v. RICH.... GEN....., Barcinone. — Si vera sunt exposita, praeco ille tanta proclamavit, ut tandem vocem amiserit. Paree sepulto!...

Cl. v. AM.... ROB..., Marieville. — Quae proposuisti plenos gloriarum nos quidem faciunt!... Contentus sis, queso, ut cogitatione atque ingenio tantum in Commentario nos agnoscas, donec... peregrinus in Urbem veniens nos laetissimo ore tibi occurrentes videas.

Cl. v. HIER.... STA....., Petropoli. — De benevolentissimis verbis gratias amplissimas referimus.

Cl. v. IOAN.. WIR....., Cracoviae. — Ecce novum peculiarem Commentarii nostri fasciculum dicabimus? Vides in hoc ipso numero.

SUBALPINO. — Fabulam, quam es scripturus, libenter edemus.

A SECRETIS.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui pretium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

elget insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae sua, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italiam ubique ad Libell. 7,50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prout voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.